







Da  
Feh  
15.  
16. Fe  
18. Q  
17. H  
12. L  
21.  
1 Lo  
5.  
9.  
4. L  
10.  
19.  
20. L  
14. F  
  
R  
17. R



Stifts-Gymnasium Zeitz 1826-1846 (1831, 1832 fehlen), — Ende 1847

- Daehne J. Chr. *Disputatio de vitis excellentium imperatorum Cornelii Nepoti non stonilis Probo attrib.*
- Fehmer G. *Andeutungen über Zweck und Methode des deutschen Unterrichts.* 1833.
3. " " *Platos Protagoras nach seinem innern Zusammenhange.* 1839.
15. " " *Festrede bei der Fuldigungsfeier am 15. Octob. 1840.* 1840.
16. Feldhügel E. F. *Über Ciceros Bücher de legibus.* 1841.
18. Crebel M. W. *Über Linsengläser mit Rücksicht auf ihre Dicke.* 1843.
7. Hiecke R. H. *Entwicklung des Ganges der Handlung in Goethes *Faust* I.* 1831.
12. Hoche Ed. *Beitrag zur Chorographie Thessaliens.* 1835.
21. " " *Die Girone und ihre Gegner I. Vom 1. Oct. 1791 bis 2. Juni 1793.* 1846.
1. Junge E. F. *Die Spirale des Archimedes in analytisch-geometrischer Darstellung.* 1826.
5. " " *Aphorismen aus der Geschichte der griechischen Astronomie vor Aristarchus aus Samos.* 1830.
9. " " *Aphorismen a. d. Geschichte d. Astronomie der Alten.* 1836.
4. Kahnt G. *Animadversiones criticae in nonnullos locos Tullianos.* 1829.
10. " " *Animadversiones criticae in Verrinas Ciceronis orationes.* 1837.
19. " " *Symbolae criticae in M. Tullii Ciceronis epistolas.* 1844.
20. Kessling G. *De enunciatis hypotheticis in lingua graeca et latina. T. II.* 1835. 1845.
14. Peter F. *Commentatio in qua enarrata virorum doctorum de Oppianis disceptatione in eorumdem vitam graece scriptam inquiritur.* 1840.
- Rebs Chr. G. *Über die Grundlage und das Ziel der Schulbildung.* 1828.
7. Rinne I. C. F. *Es hat Keenen Sängerknave zu Wartburg gegeben.* 1842.

† Müller, *Colectio manuscriptorum epistolarum Octii de Vincois.* 1794

† Müller, *Warum viele Jünglinge u. geringere Fortschritte machen.* 1799

*[Faint, illegible handwriting on aged paper]*



AD  
ORATIONES V.

QUAE  
IN SCHOLA EPISCOPALI CIZENSI

DIE XXIII. MAI. A. CIOIJCCLXXXIII. 7

HORA POMERIDIANA II. HABEBUNTUR

BENEVOLE AUDIENDAS

OFFICIOSE INVITAT

M. CHR. GOTTFRIED MÜLLER  
RECTOR.

---

*Codex manu scriptus epistolarum Petri de Vincis, qui ornat bibliothecam  
Episcopalem Cizensem, commendatur.*

1898: 1187

---

LIPSIAE

EX OFFICINA BREITKOPFFIA.

AD  
ORATIONES V.

QUAE

IN SCHOLA EPISCOPALI CIZENSI

\_\_\_\_\_ DIE XXIII MAI A. CIOCCOXXXIII

HORA POMERIDIANA II HABEBUNTUR

BENEVOLE AUDIENDAS

ORATIONE IN VITAT

M. CHR. GOTTFRIED MÜLLER

RECTOR

\_\_\_\_\_ Cuius manu huiusmodi orationes huiusmodi  
\_\_\_\_\_ Lipsiae Curiae, auctoritate.

LIPSIAE

\_\_\_\_\_ EX OFFICINA BERTHOLDII





**I**nter codices manu scriptos, quos Iulius Pflugius, Episcopus ille Numburgensis, olim manu sua tractauit, et cum libris typis expressis per testamentum Episcopatus Numburgo-Cizensi legauit, non vltimum merentur locum epistolae Petri de Vineis. Erat autem, vti inter omnes constat, Petrus de Vineis Friderico secundo, imperatori Romano, ab epistolis, scribebatque has litteras nomine et auctoritate imperatoris, quibus causam Friderici defenderet, ac arrogantiam Gregorii Innocentique, Pontificum Rom. impugnaret acerrime retunderetque. Quarum vero epistolarum quum quatuor \*) modo editiones, eaeque nondum satis emendatae et a vitiiis purgatae extant, iam diu multi optarunt, vt quidam existeret et historiae et latinitatis mediæ aevi peritus, qui iis emendandis denuo et illustrandis daret operam. Fuerunt quidem aetate nostra duo viri iique doctissimi, Schiminius scilicet, bibliothecarius Casselanus, et Boehmius, Prof. hist. Lipsiensis, qui editionem epistolarum Petri de Vineis pararent nouam; sed mors videtur eos impediuisse, quominus rem ad finem perducerent. Vt tandem aliquando fiat, quod diu optauit virorum doctorum expectatio, et vt opera in adornanda harum epp. editione noua subleuetur, hoc inprimis mihi agendum videtur, vt codices scripti manu, qui adhuc in bibliothecis incogniti et nondum collati iacent, in lucem protrahantur, et collati in vsum editoris futuri parentur. Quamobrem si de codice harum epp. manu scripto, quo gaudet Cizae bibliotheca Episcopalis, paullo accuratius exposuero et conferendis epistolis quibusdam demonstrauero, quamnam vtilitatem editori saturo sit praebiturus, me operæ pretium facturum esse arbitror.

Codex autem noster, vt ad ipsum describendum accedamus, est forma maxima et coercetur duabus ligneis iisque crassioribus tabulis, quas a tergo vincit corium colore tinctum olim rubro, qui tamen iam fere euauit. Sed tabulae istae lignae, quod hoc loco non praetermittendum videtur, a parte interiori contactae sunt membrana, cui inscriptum est: *Instrumentum* (liceat enim verba eius ipsa commemorare) *tenorem conseruatorii Vniuersitatis studii Lipsien. in se continens Rectore vniuersitatis pro tempore existente Ioanne de Slynitz decretorum doctori praeposito Budissinensi Misnensis dioeceseos ac praeposito sancti Thomae in Lipsz. Annus praepositus est 1414, et notarius, qui nomen suum subscripsit, dicitur Paulus Koeppill de Osschatz.* Sunt autem haec litterae pergaminae fere integrae conseruatae, et tabulis ligneis, quarum nuditatem adhuc

A 2

\*) Prima prodit Hagenaë 1529. 8.; altera Basileaë 1566. 8. opera Sim. Schardi: tertia Ambergae 1609. 8.; et quarta Basileaë 1740. 8. opera Io. Rudolphi Ictini.

male contexerunt, facile detrahi possunt. Caeterum scriptus est hic codex in charta paullo, vt tum erat, crassiori, ab vno eodemque scriba, cuius vero nomen non est subiectum, vno eodemque, vt ex atramento concolori apparet, tempore, quod vero ipsum non est definitum, sine lituris et correctionibus atque sine vllis verborum interpunctis, ita vt oratio vna serie progrediatur. Littera *i* nusquam punctulo superius notata est, qui mos hanc litteram puncto signandi medio demum seculo decimo quinto ortus existimatur. Littera prima cuiuscunque epistolae minio est picta, non scripta, et in ipsis epistolis litterae maiores, vbi scribae et typographi iam punctum solent ponere, scriptae minio leuiter apparent tinctae. Nec abstinuit scriba a compendiis scribendi, quae tamen non sunt tam numerosa ac obscura, vti in aliis istius aetatis codicibus.

Quod vero ad aetatem codicis nostri attinet, cum a scriba ipso neque in calce neque in margine sit additum, quo seculo aut quo anno huius vel illius seculi sit scriptus, tota res redit ad coniecturam, quam vero notae a nobis modo de codice nostro praemissae egregie adiuuant. Nil iam dicam de ipsius scripturae forma, quae videtur esse seculi decimi quarti vel quinti: etenim, cum genus scripturae vnius seculi terminis adstringi nequeat, et in hac vel illa terra haec vel illa scripturae forma diutius haereat vel citius mutetur, nihil certi inde videtur posse cognosci, quod ad aetatem codicum certo definiendam valeat. Interim tamen ea iudicium aetatis iuuat, ita vt ex genere scripturae, quod in codice nostro regnet, cum ad finem seculi decimi quarti vel initio decimi quinti esse scriptum, verisimile videatur. Quam quidem coniecturam non parum confirmat ratio litterae *i* punctulo ornandae, quae ad medium demum seculum decimum quintum, vti supra diximus, orta putatur. Accedit et hoc, quod epistolae Petri Blesensis, quae Codici nostro adiunctae anno 1419 absolutae dicuntur, chartae eiusdem signi a chartario impressi, quod est caput bouis, sunt inscriptae, in qua epistolae Petri de Vineis scriptae sunt. Ergo eiusdem aetatis videntur esse hi duo manu scripti codices. Praeterea forma litterarum et compendia scribendi, quae in his Codd. cernuntur, inter se fere conueniunt. At tamen quum membrana, qua tabulas lignaeas, quibus codex noster est munitus, ab interioribus partibus esse tectas antea commemorauimus, anno 1414 scripta tradatur, codicem nostrum non ante, sed post decimum quartum annum eiusdem seculi esse conscriptum credibile videtur. Sed haec satis sunt de aetate codicis nostri.

Nunc vero enarrabimus, quam in re hic codex cum editionibus, imprimis cum editione Schardii, quae nobis ad manus est, conueniat, et qua in re differat. Continet autem primum in se sex libros epistolarum, vti editio Schardiana. Deinde quod ad indices cuiuscunque libro praemissos attinet, modo conueniunt hi inter se, modo discrepant; modo edit. Schard. modo codex noster plura habet, quae argumentum cuiuscunque epistolae illustrent. Index autem epistolarum, vel, quemadmodum Codex noster loquitur, Capitulum non reperitur

ritur in libro primo, quem vero reliqui libri omnes habent praefixum; ergo vel longinquitate temporis periit, vel incuria librarii est omiffus. Caeterum Libr. I. Cod. Ciz. sicut codex Zapfii, quem descripsit in Memorabil. biblioth. suae Tom. I. pag. 18. seqq. modo epistolas 34; edit. vero Schard. 39 continet. In reliquis vero libris quot edit. Sch. tot Cod. Ciz. exhibet epistolas. Epistolae autem 16. et 17. sunt transpositae, ita vt epistola, quae in ed. Sch. est 16. in Cod. Ciz. fit 17. Omnium quoque huius libri epistolarum initium et finis congruunt editioni Sch. praeter ep. III. cuius fini subiecta sunt verba: *quod fere toti reipublice Christiane minatur excidium*; et ad finem ep. 26. defunt verba: *Datum Paduae*. Verba: *finis prime partis* claudunt librum primum.

Omnes fere epp. libri II. incipiunt et exeunt, vt in ed. Sch. Ad finem ep. 10. modo defunt verba: *quae vobis significamus etc.* et ab initio ep. 34. verba: *varios euentus — flagellat*. Vltimae huius libri epistolae adiuncta sunt verba: *sequuntur capitula tertie partis*.

In libro tertio ep. 42. ad finem haec verba, quae non apparent in ed. Sch. exhibet: *nec patrem dedigneris iudicem. Si quis meum iudicem offendat eorum super his inquam et organum ad filium debuit esse patris*. Verum epistolae 72. verba vltima: *Caeterum quae Theodemus etc.* vt et ep. 77. ad finem defunt: *Deuotionem tuam etc.* quae ed. Sch. habet. Reliquarum vero epp. initium et finis inter se congruunt.

Liber quartus nil omnino habet, in quo difcedat ab ed. Schardiana.

Libri V. ep. III et 112. sunt transpositae, ita vt quae in ed. Sch. alterum, ea in Cod. Ciz. primum tenent locum. Praeterea defunt ad fin. ep. 122. verba: *Datum in etc. epist. 114. Super hoc misericorditer etc.* atque ep. 134. *et vos de studio etc.*

Ad finem libri VI. qui nil omnino discrepat ab ed. Sch. addita sunt verba: *Explicunt dictamina M. Petri de Vineis. Amen*, quod *Amen* omnibus fere epistolis scriba, haud dubie monachus, alleuit: Sic et initio totius Codicis sunt praeposita verba: *In nomine domini amen*.

Eidem volumini, quod epp. Petri de Vineis nobis seruauit, adiunctae quoque sunt variae epistolae, ab alio autem scriba ad Pontifices Romanos et Cardinales scriptae. Adponam modo inscriptiones epistolarum quarundam, vt quisque, quaenam sint hae epistolae, perspicere possit. Sic scripsit: *Albertus Saxonum dux collegio Cardinalium. it. Fridericus Marchio Brandenb. Archiepiscopus camerarius Imperii domino Papae. it. Fridericus senior, Wilhelmus et Fridericus iunior Marchion. Misnens. domino Papae*. Quas epistolas excipit Sacramentale, quod videtur scripsisse idem, qui epp. Petri de Vineis scripsit. Ad finem habet: *Explicit sacramentale nigri Guilhelmi de Montelauduno excellentissimi doctoris*. Denique sequuntur epistolae Petri Blesensis, de quibus, vt et de alio Codice harum epp. qui in bibl. nostra asseruatur, Deo volente alia occasione diligentius exponemus.

Nunc videtur nobis restare, vt epistolae quasdam Codicis Cizenis con-  
feramus cum iis, quae in ed. Sch. typis iam sunt expressae. simulque ostenda-  
mus, codici nostro inesse plures lectiones varias, quae sensum harum epp. hinc  
illinc obscurum illustrent.

## LIB. I. EP. I.

Edit. Scharf.

Codex Cizenf.

<i>Aduersus principem et Romanorum im-</i>	aduersus Christum domini convenc-
<i>peratorem</i>	runt.
<i>Si sic ipsum</i>	si sic eum.
<i>Et nos absque iudicio indicabit et male</i>	et bonos absque iudicio male perdet.
<i>perdet</i>	
<i>Scintilla domus tenuis</i>	scintilla tenuis.
<i>Vsque quo perueniat in medullas</i>	quousque perueniat in medullam.
<i>Fumus ignis</i>	ferus ignis.
<i>Salubris fero</i>	deest: <i>salubris</i> .
<i>Percutiamus acriter, aiebant, lingua</i>	perc. aiunt, ipsum acriter.
<i>Nec sagitta</i>	ne sagitta.
<i>Vt feriat</i>	quod feriat.
<i>Sic laedatur</i>	sic laedat.
<i>Clare videbitur</i>	clare videbimus.
<i>Somnia profunt</i>	somnia profunt.
<i>Facti simul</i>	facti sunt simul.
<i>Sui cordis malitia</i>	malitia.
<i>Clauium potestate</i>	abest: <i>potestate</i> .
<i>Etiam humilis piscatoris, cur</i>	etiam piscatoris, quid.
<i>At quid gloriaris</i>	ac quid gloriaris.
<i>Qui solus in orbe diteris fraude et dolo</i>	q. f. i. o. diceris fraus et dolus.
<i>Quae teneri</i>	quae plus teneri.
<i>Actus concordent</i>	actus concordet.
<i>Et Campanus</i>	vt Campanus.
<i>Tu vero nihil prorsus habens, omnia</i>	tu vero tamquam nil habens et omnia
<i>autem possidens</i>	possidens.
<i>Et diglutias</i>	absunt.
<i>Totus</i>	abest.
<i>Petrus autem Apostolus</i>	Petrus autem.
<i>Aceruus pecuniae, quem adoras minui</i>	aceruus pecuniae minui, quem adoras,
<i>Quaerens semper, vt cumules aurum auro</i>	quaeris semper, vt copules aurum auro.
<i>Prorsus praedicatio</i>	deest: <i>prorsus</i> .
<i>Ciphis</i>	sciphis.
<i>Vino ventris</i>	ventris.

Super

*Edit. Schard.*

Super pennis — aestimas  
 Tunc tibi Romanorum subest imperium  
 Mirabiles facit  
 Tunc tibi seruiunt  
 Plorat igitur  
 Et omni Christi  
 Omnium profusus  
 Requirit series  
 Falles ingenium  
 Per excellentiam tuam  
 Turpis es imitator  
 Et servator  
 Ut nec voluntas vel furor  
 Docendo discipulos: beatos  
 Terrea thesaurizas  
 Proh dolor, thesauros  
 Anagnia  
 Etiam illa nostra  
 Iacet ancilla  
 Olim plena  
 Omni profusus  
 Lac et mel olim  
 Non vidit  
 Expectans  
 Captiuitatis suae fiduciam  
 Nec opponas  
 Respondet  
 Insonti semel parcere  
 Qui potestati  
 Destruens cornua

*Cod. Cizenf.*

super pennas — existimas  
 tunc Romanum substat imperium  
 mirabiles cito facit,  
 et tunc seruiunt,  
 plorat igitur,  
 et omnium Christi,  
 omni profusus.  
 requirat series,  
 fallitur ingenium,  
 excellentia tua.  
 temporis es imitator,  
 et conseruator.  
 nec voluntas nec furor,  
 docendo beatos discipulos,  
 horrea thesaurorum  
 p. d. quod thesauros.  
 anagnic.  
 abest: etiam.  
 iacet ancillaria.  
 abest: olim.  
 deest: omni.  
 lac, oleam et mel,  
 non videt,  
 expectat.  
 captiuitati suae fiduciam,  
 non oppones.  
 respondit hodie,  
 semel instanti parcere.  
 et qui potestati.  
 destruens cum impetu.

LIB. I.

EP. 34.

*Edit. Schard.*

Et alios principes  
 Illum autorem transgressionis  
 Nec ad haec  
 Dispendii nostri  
 Ex dilatione  
 Iste noster summus Pontifex  
 Hereticorum perfidiam

*Cod. Cizenf.*

et alios reges et principes,  
 illum transgressionis.  
 nec ad hoc.  
 dispendii vestri.  
 ex dissimulatione.  
 iste nostri temporis Pontifex.  
 heret. nequitiam,

*Diuinae*

## Edit. Scharf.

Diuinae calamitatis  
Ab hoc zelus  
Obpinationis huius stoliditate  
Vt respicientiam transgressionis ad vi-  
tium

Inconsulto calore — cum contra nos

Stabiliuit

Petierimus

Ex quorundam — instantia

Pro temporalis — subsidio

Et vias metiebamur ad salutem et pa-  
cem

In fide seruans

Tanti sceleris

Remedium temporalis quietis offerre

Ad artes illas

Per N.

Vestros et quamplurimorum

Vt ex particularibus treugis largior oc-  
casio ad vniuersales praerberetur

Vt Lombardos

Respirantes contra

Securius in rebellione

Tempore venientium

Potius concilium indicat

Describitur, dum negatum

Ante concilium, post rebelles nostros per  
nos aggressus hostiliter nititur aduo-  
care

Huius frequenter

Obtulistis — nunc manifestos excellentiae  
nostrae rebelles N. et N.

Non habebremus

## Cod. Cixenf.

diuinae caritatis.

ab hoc et zelus.

obst. huiusmodi stoliditate.

vt ad respiscendum transgressionis ad  
vitiū.

absunt.

stabiliret.

petissemus.

ad quorundam — instantiam.

per temp. — subsidium.

et vias patiebamur ad pacem.

in fide conferuans.

tanti facinoris.

remedia temporalis saltem quietis af-  
ferre.

ad alias artes.

per S. Venerab. Brixienfium.

nostros et quampl.

vt ex vniuersalioribus treugis ad fyn-  
dam securitas praerberetur.

et Lombardos.

respirantes vt.

sec. postmodum in rebel.

tempore peruenientium.

potius consilium adduceret.

describitur, tempus inspice, dum ne-  
gatum.

ante concilium potius quam nos ag-  
gressus hostiliter nititur euocare.

huiusmodi frequentius.

Obtulistis — nunc prouinciae comitem  
sancti et Bonifacii Albertum de Ro-  
manis cum quibus in necem nostram  
et manifestum excellentiae nostrae  
rebellem Ducem veneciarum Mar-  
chionem Aftensem comitem et sancti  
Bonifacii Albertum de Romanis.

non habemus.

Sed

*Edit. Scharf.*

*Cod. Cizenz.*

<i>Sed ab eius Romani</i>	sed ab huiusmodi Rom.
<i>Iustitiam imperii</i>	iust imperii nostri.
<i>Habere optamus</i>	habere optauimus et optamus.
<i>Euitemus et tractatus</i>	euitemus et vt tractatus.
<i>Treugas etiam nobis</i>	treugas etiam licet nobis.
<i>Inire concessimus</i>	inire consensimus.
<i>Velut salutiferum</i>	velut per salutif.
<i>Ex nexu treugarum huius</i>	in nexu treugarum huiusmodi.
<i>Causam nostrorum</i>	causas nostrorum.
<i>Ecclesiae foro</i>	ecclesiastico foro.
<i>Per terram</i>	deest: per.
<i>Quatenus ad Praelatos omnes</i>	q. per Praelatos omnes et singulos.
<i>Regni vestri, vulgata programmata di-</i>	regni vestri edicti regii vulgato pro-
<i>uulgatis</i>	grammate divulgatis.
<i>Ob amorem</i>	ad amorem.
<i>Temerarii violatores</i>	tem. praesumptores.
<i>Accederet</i>	accederent.
<i>Non decederet</i>	non deceret.

**LIB. II.**

**EP. I.**

*Edit. Scharf.*

*Cod. Cizenz.*

<i>Iam Romani imperii culmen</i>	iam culmen imperii.
<i>Pro omnibus</i>	prae omnibus.
<i>Infelix Mediolanensis</i>	infelix Mediolanum.
<i>De tantis</i>	pro tantis.
<i>Vel subesse</i>	absunt.
<i>Tinxerunt</i>	tinxerunt.
<i>Inimicos cunctos</i>	inimicos cunctos.
<i>Montis clari</i>	Montisclari.
<i>Multos terruit</i>	absunt.
<i>Lollii</i>	Virii.
<i>Vtriusque partis</i>	vtriusque.
<i>Aqua minima</i>	aqua paruissima.
<i>Circumiacentibus</i>	circum adiacentibus.
<i>Cremonae</i>	Cremonensibus.
<i>Sic quod</i>	sicque quod.
<i>In ponte</i>	in pontem.
<i>Regressum</i>	ingressum.
<i>Se praeparauit</i>	properabat.
<i>Vigesimo septimo</i>	XX.

B

Anno

Anno 1237	absunt.
Ferientes	furentes.
Commixtis	connexis.
Tandem Mediolanensis	tunc Mediol.
Captiuorum multitudinem	capti. pericula.
Tandem enim Deus	tandem Deus.
Carocium	Carrucium.
Hostibus	de hostibus.
Se submerfit	submerfit.
Omnibus suis	abest: suis.
Inimicorum cuneos	inimicos cuneos.
Gladios rubricarunt	gladios rabenti sanguine rubricarunt.
Cum suis ciuitatibus	cum suis fociis ciuitatibus.
Et suas euacuauerunt pharetras	et sua euacuerunt pharetra.
Reformatum Carocium	infortunatum Carrucium.
Ligato	ligata.

## LIB. III. EP. 26.

Villemus potius tacere; quam loqui	vell. p. t. quae loquimur.
Quod aliis damnantes	quam aliis dampnantes.
Filii nostri	fili nostri nomen.
Degeneris	degenerans.
Quem non tanquam	quem nunquam.
Publice praedicant	publice praedicatur.
Mandata nostra	m. n. frequentia.
Dum mores et actus — reiticiens	defunt.
More nobilium	mores nobilium.
Quibus ex praetorii nostri culmine in-	quibus et praetorii nostri culmen in-
fluitur	fluitur.
Inficit	infecit.
Attendat regalis	attendat etiam regalis.
Promittat	promittit.
Quale eius — initium.	qualis eius — initium.
Quam veritas	quam rei veritas.
Reformant	informant.



## LIB. IV. EP. I.

Edit. Schard.

Cod. Cizenf.

Educente

Quod lacrymas offensae

Non agnoscit

Fatemur siquidem

Post eorum funera

Tenore mandamus

seducente.

quas offensae.

non agnoscet.

fat. quidem.

postmodum eor. fun.

abest; mandamus.

## LIB. V. EP. IO.

Edit. Schard.

Cod. Cizenf.

Solet studiosus et diligens

folet studiosius et diligentius.

## LIB. V. EP. 20.

Edit. Schard.

Cod. Cizenf.

Pacis quietae temperiem

Commodum sperant

Colonus spe

Valituro

Per te serenitatis

Pedissequam

pacis quietam temp.

absunt.

colonus ipse spe.

in antea valituro.

per te sine serenitatis.

pedissequam aliquam.

## LIB. VI. EP. I.

Edit. Schard.

Cod. Cizenf.

Sedentis

Ad subleuanda remedia

Deriuatiua

Nostrae Neapolis

Dudum propter

Et regiae nostrae misericordiae ianuam

sup. propulsauit

Nos, qui misereri

Vniuersitas ipsa

Et banna etiam in quae

Decreuimus abolendam

Ex nunc in antea

Ciues ipsius

Restituentes eis

Eiusdem domini patris nostri tempore

In oculis nostris, ad quos sicut

Quadriennium

sedentes.

ad subleuandi remedia.

deriuata.

nostrae Neapolitanae.

dudum vel propter.

et regiae nostrae ianuam sup. implo-

rauit.

nos quoque, qui misereri.

vniuersitas.

banna quae.

duximus abol.

ex nunc et in antea.

ciues ciuitatis ipsius.

rest. eisdem.

ei. dom. obitus tempore.

in ocul. nost. ipsi, sicut.

biennium.

Edit. Scharđ.

*Eximimus, et usque**Impetrantur**Qui vniuersitatem**Exilio puniendos**Iuribus applicanda*

Cod. Cizenf.

eximimus volentes, quod usque.

impetratur.

qui vnitatem.

exilio premendos.

iuribus decernimus applicanda.

Sed hae lectiones a nobis excerptae atque propositae sufficiant ad demonstrandum, quidnam auxilii editor epistolarum Petri de Vineis futurus e Codice nostro petere queat.

Iam enim ii e discipulis nostris nominandi sunt, quos in confessu virorum genere, dignitate et doctrina conspicuorum dicere iussimus.

1) Fridericus Benjamin Wolf, Cizenf. *linguam non divinae, sed humanae esse originis* pro viribus latine demonstrare conabitur.

2) Augustus Löwe, Drosdorfensis, *e lingua cuiuscunque gentis mores, ritus, artes, inuenta, studia etc. posse cognosci* orat. teuton. explicabit.

3) Ehregott Christianus Augustus Krippendorf, Cizenf. *mala belli carmine teutonico* deplorabit.

4) Fridericus Gottlob Loefer, Breitingensis, *commoda pacis* latine enarrabit.

Quos iuuenes ingenio, industria atque pietate eximia, mox in Vniuersitatem litterarum Lipsicam abituros, votis iam prosequimur ardentissimis, Patronisque Summe Venerabilibus etiam atque etiam commendamus. Ne autem beneficiorum immemores e Schola nostra discessisse videantur, Ehreg. Chr. Aug. Krippendorf reliquorum nomine publice scholae nostrae valedicet, et vota nuncupabit pro eius salute sollempnia. Quibus vicissim felicissimum e schola discessum, et litterarum in Vniuersitate progressum apprecabitur.

Ludovicus Fridericus Ferdinandus a Zedwitz, Martisburgensis, iuuenis exempli, quod quis possit fingere, optimi ingenii acutissimi, effigies vera ac imago *Patris Perillustis ac Generosissimi, Praesidis supremi collegii Ecclesiastici Grauisissimi*, carmine antea latino recitato, in quo ad exemplum Herculis Xenophontei *iuuenem cum Licentia et Libertate colloquentem* depinget.

Quorum adolescentium studia quum auditorum omnium ac singulorum benevolentiae diligentissime commendata cupiamus, *Inspectores scholae nostrae Summe Venerabiles, Perillustres ac Grauisimos*, reliquosque, qui rebus nostris et scholae nostrae bene cupiunt, humanissimis precibus rogamus, vt has orationuculas beneuole audire velint.

P. P. Cizae d. XII. Mai. A. MDCCCXXXVIII.

Zeitz, Stifts-Gymnasium,  
Schulprogramm, 1826-30,  
1833-46

ULB Halle


003 997 049

3



1018





AD  
ORATIONES V.

QUAE

IN SCHOLA EPISCOPALI CIZENSI

DIE XXIII. MAI. A. MDCCCCLXXXIII. 1

HORA POMERIDIANA II. HABEBUNTUR

BENEVOLE AUDIENDAS

OFFICIOSE INVITAT

M. CHR. GOTTFRIED MÜLLER

RECTOR.

---

*Codex manu scriptus epistolarum Petri de Vincis, qui ornat bibliothecam  
Episcopalem Cizensem, commendatur.*

1898: 1187

---

LIPSIAE

EX OFFICINA BREITKOPFIA.